WENCESLAUS BRACK
Konstanz, 1492-1494 Seite 88v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8132
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



47

Canon Rei debilis operationis, multa debet quantitas poni. Eius vero que in operando fortis est, mediocris. Aut pauca sufficiet quantitas. Canon sextus Si velimus quod statim cum spectare nequimus, vinum tale preparetur. Res grosse substancie conterantur. Ex radicibus, herbis et seminibus. Et cum nequimus per suspensionem in magno vase hoc facere, sufficiet cantarus in quo per noctem vinum stet, cum suis speciebus. Et ita de aliis.

Canon Septimus Postquam omnia, que pro vino componendo necessaria sunt, secundum ut prediximus tempus collecta fuerint, convenit ea locis servare opportunis. Ubi non nimio aeris calidi accessu exalent, neque frigido aut humido loci, malam trahant qualitatem, putrem, rancidulam ve, maleque olentem. Aut demum mucor adherens totum inficiat. Preterea, ne diu servatis, aut per annos depositis, hysce utamur rebus. Quarum denique zamdudum transpiravit, et in nichilum redacta est virtus. Caucio hec in cunctis summopere advertenda.

Vinum Capitale Componere Caput octavum

Quanquam vinum raro dicendum est capitale, cum predictum est, nocere nervis, quorum omnium cerebrum pater est et origo. Nihilominus attestantibus causis, vinum non